62

# Inscriptio 310. marcarum in villa Zayczycze.

Nos Joannes de Sienicza judex et Petrus Wolczko de Szwyrze subjudex terre Chelmensis generales significamus teno-re presentium quibus expedit universis et singulis notitiam presentium habi-turis. Quia tempore olim generosi Petri de Trabaczow judicis et me Joanne de Sienicza protunc subiudice notam in-scriptionis presentis sic contineri inve-nimus in actis terrestribus Chelmensibus. Quomodo veniens generosus Zawisza Rosa heres de Borysowicze et tenuta-rius de Zayczycze Succamerarius terre Chelmensis coram nobis publice et judici-aliter recognovit, quia nobilis Stanisla-us Szmola heres de Czolczycze satisfecit sibi et persolvit pro trecentis et decem mar-cis pecunie, in quibus pecuniis et Sum-ma suprascripta dictam villam Zayczycze per

per Regiam maiestatem inscripta et obligata et literas regias et munimenta omnia, quae super dictam villam Jzayczycze praefatus dominus Zawisza habuit et consensu regio dedit praefato nobili Stanislao ita tenere et possidere praefatam villam Jzayczycze, et jam sibi dedit intromissionem realem et actualem per Ministerialem terrestrem Chelmensem dictum Bryda de jure datum, et dans sibi intromissionem dedid ipsum tueri et intrommittere à fratribus suis germanis, videlicet a Reverendissimo domino Andrea Archiepiscopo Leopoliensi, et à Nicolao fratribus suis germanis juxta consuetudinem terrestrem nulla diuturnitate ipsum evadendo, et si quod impedimentum haberit à supradictis fratribus, et si quod damnum exinde perceperit, non ipsius damnum erit scilicet praefati domini Zawisii, quotiens se citare permiserit pro

erit impedimento totiens stare debet et respondere, poteritque ipsum condemnare in primo termino, tanquam in termino peremptorio cum poena trium marcarum, et utrique

tueri

tueri et protegere, super quo memoriale posuit, quod iudicium recepit, et eisdem idem dominus Zawisza non debet praefato Stanislao nocere literis Regalibus, quas reservaverit super praefatam villam Izaycyce obloquenc, etsi quis defectus esset, in praesenti inscriptione aut citatione vel concitatione aut condemnatione, ipse defectus non debet sibi obesse, scilicet prodesse. In cujus rei testimonium sigillum nrūm praesentibus est subappensum. Actum in Chelm feria tertia proxima post ~~festum~~ Dominicam oculi, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto praesentibus generosis et nobilibus, magnifico Nicolao de Tonia, Paulo de Siedliszcze Tribuno Chelmensi, Joanne de Pozlicio, notario terrestri, et aliis quam pluribus fide dignis ad praemissa testibus.

Ta kopia przepisana przepisana z oryginału pargaminowego, u którego pieczęć oderwana, dnia 31. miesiąca Maia Roku Pańskiego tysiącznego siedmsetnego ośmdziesiątego piątego.